SACROSANCTÆ
ET INDIVIDUÆ TRINITATIS
INVOCATO NUMINE

QUI PHILOSOPHUM DEI IMITATORE MESSE PRONUN-
ciant, duobus finibus humanæ mentis Cogitationes et actiones in universum circumscribunt, vero, bonoq; horum alterum Theoretica alterum Practica vitæ proprium est:
Lucibus tanquam alis ad arcem Beatitudinis collogi. In accessum mortales evadere posse. Summi Philosophi censuerunt. Ex hoc fonte duplex Sapientia genus promanavit
Contemplationis nimirum et actionis: eaquidem temperie mutua, ut omnis veri cognitio ad boni possessionem derivetur, et omnis voluptuosi boni professio ad cognitionem veri
dirigatur. Quod si quæ tales sunt vel Artis vel Scientiæ, in quibus utraque vis luculenter sese exerit, illæ demum et per se, quia vera sunt, bonaq; hoc est honesta et propter
alias quia jucunda sunt et utiles, expeti conseverunt atque commendari. Eius autem generis inter cæteras Philosophiæ propagines Medicinam imprimis esse, nemo sana mentis
regarit, quæ cum Theoriæ suæ præstantia Philosophis, præxeos vero utilitate Heroibus digna videatur, ut ortu suo Deorum inscitum, sic cultu olim Asclepiadarum propria fuit habita,
usque qui Artem pulcherrimam à Majoribus veluti per manus traditam, acroamatum Doctrina propagarunt †. Postea quam autem in quasdam veluti Colonias Asclepiadæ sunt deducti
Artis quoq; Misteria peregrinis et Exotericis hominibus, si non genere, virtute saltem et eruditione Æsculapij posteritatem, referentibus, communicari cœperunt: atque adeo, ne abusus
Mortalium generi pernitiem duriùs sit Arti Calumniam afferret, Ornamenta et Privilegia publica ijs tantum, qui vel docere Artem vel exercere sustinerent, censurâ et authoritate
Virorum de cujusvis profectibus probe judicare valentium Merentibus conferenda Cæremonijs decreta fuere; non tanquam præmia virtutis, hæc enim et propter se quia honesta
et propter voluptatis atque utilitatis conjunctorem ipsa sibi præmij satis est alteris magnopere commendationibus haud indigens, sed tanquam testimonia eruditionis et meriti
menta. Mirificum hunc seculorum omnium consensum Basilienses quoq; Medici imitaturi Literas hasce publicas, privatæ virtutis testes atque indices legitimè exarandas
curavere. Nam cum Nobilissimus et Doctissimus Dn. Joh. Huldricus Geyerus in Hoff Scaphusa-Helvetius, vir Nobilissimi Bernhardini Geyeri Filius
seque honesto loco sed et thoro legitimo inter Scaphusianos natus, in celeberrimis Germaniæ et Galliæ Academijs et postea in hac nostra Academia Basiliensi Patria tantos
in Sacra Arte Medendi progressus fecerit, ut ad ejusdem Praxin cum salute mortalium admitti posse videretur, post exotericam velitationem ad Examen acroamaticum severum
illud et integerrimum provectus hinc ad Congressum seu Disputationem publicam admissus, quarumi Collegij Procerum consensu dissentiente prorsus nemine dignus fuit judicatus,
cui Apollinea Laurea pro more à Majoribus recepto solennibus cæremonijs conferretur. Itaque ad Diem XXIII. Mensis Martij Anno MDCCXIX. Conventu omnium Ordinum
Academico publicè indicto sub Rectoratu Magnifici et Consultissimi Viri, Dni. Joh. Jacobi Battieri J.U.D. Cod. Just. et Jur. Feud. Professoris meritissimi, Decurionatu
vero Viri Spectatissimi atq; Excellentissimi Dni. Emanuelis König Doctoris et Professoris Medici, cum in Problemate quod disceptandum susceperat eruditionis et experientiæ suæ magno omnium cum applausu præstarum Specimen dedisset fidemq; suam Collegio Medico sicuti veros decet Asclepiadas Jurisjurandi religione inter-
posita obstrinxisset. Reverendissimi Principis ac Domini Dni. Johannis Conradi Basiliensis Episcopi Academiæ Cancellarij, Ductu et auspicijs ab Excellentissimo Dno
Theodoro Zuingero Doctore et Professore Medico Brabeutâ ad hoc ipsum ☞ delecto Doctor Medicus designatus, creatus, proclamatus in Medicam Curiatem receptus
Docendæ exercendæq; Medicinæ quandocunq; ubicunq; occasio data fuerit potestatem accepit amplissimam, Privilegia insuper et Immunitates publicas Doctoribus Medicis
ubivis Terrarum privatim vero Basiliensis Academiæ ad Panoriensis Schola Imitationem Sanctionis conferas Authoritate ex Methodi præscripto vera dogmata voce scripto,
Defendendi, falsa impugnandi, consultandi, ægros invisendi, de morbis consultandi, Artis profitendæ atq; exercendæ jus liberrimum ijs, qui digni sunt, solenni cæremoniâ conferendi, una
eademq; operâ à Promotore suo consecutus est. Testes adfuere Viri Magnifici, Amplissimi, Reverendi, Consultissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Prudentissimi,
Doctissimi Dn. Joh. Jacobus Battierius J.U.D. pt. Rector Magnificus, Dn. Nicolaus Harderus J.U.D. Dn. Benedictus Socius Scholarcha, Dn. Samuel Werenfelsius Sta-
Theologiæ Doctor, Dn. Hieronymus Burcardus Sta. Theol. Doctor, Dn. Joh. Ludovicus Freyj S. Theol. Doctor, omnes Theolog. Professores, Dn. Joh. Jacobus Burcardus J.U.D. et
Professor, Dn. Joh. Henricus Stehelin Med. Doctor et Professor, Dn. Nicolaus Harscherus Med. Doctor, Dn. Johannes Bernoulli Med. Doctor, Dn. Samuel Battierius, Med. Doctor,
Dn. M. Johannes Buxtorfius, Dn. Joh. Rodolphus Zuingerus Med. Doctor, Dn. Christophorus Eglingerus Med. Doctor, omnes Philosophiæ Professores, Dn. M. Joh. Jacobus
Freyj Pastor Leonhard. Dn. Claudius Passavant Med. Doctor, Dn. Nicolaus Ritzius Med. Doctor, Dn. Joh. Rodolphus Mieg Med. Doctor, Dn. Joh. Jacobus Wieland, Dn. Christophorus
Bischof Senatores, Dn. Joh. Fridericus Wetsteinius J.U.L. et Prætor, Dn. M. Theodor Falkeisen, Dn. M. Fridericus Battier, Dn. M. Simon Stöcklin, Dn. M. Joh. Rodolphus
Wetstein, Dn. M. Theodorus Zuingerus Pastor in Aristorf, aliique complures. Ipsum quoq; Decanus et Assessores Collegij Medici publicis hisce Literis, Medico Si-
gillo approbatis et Vice sarcellario, Scribaque Academici manu confirmatis, sicuti viros inter bonos bene agere decet ex par est, testatum fecere. Actum Basileæ
Quadragesimo ad Diem XXIII. Mensis Martij Anno Millesimo Septingentesimo Decimo nono.

† operumq; assiduitate confirmarunt.

Basel 1719

A 1 1433